



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XVII. De Officio Subdiaconi ministrantis Sacerdoti in Missa solemni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

10. Præmissa deinde genuflexione, Sacerdoti rursus nauiculam thuris porriget, atque omnia circa impositionem thuris, traditionem, & receptionem cochlearis, atque thuribuli, nec non sustentationem libri dum cantatur collecta de SS. Sacramento præstabit vt supra n. 2. 3. & 8. præscriptum est.

11. Quando danda est benedictio, Celebrans solus accedit ad Altare, data autem benedictione Diaconus SS. Sacramentum intra tabernaculum ponit; vel in locum altiorem Altaris vt eo die colatur à populo, pro locorum consuetudine.

Gauantius
part. 4. tit. 2.
num. 8.

TITVLVS XVII.

De officio Subdiaconi in Missa solenni Sacerdote Celebrante.

1. **H**ora competenti Subdiaconus veniens ad Sacristiam perquirat Epistolam in libro suo, eam perlegit, & signaculo suo notat. Tum lauat & tergit manus, Calicem aperit, purificatorium superexpandens, super quod ponit Patenam cum hostia integra, ac benè terfa, deinde pallam, postea velum paruum, ac bursam desuper, eumque cum libro Epistolarum ad Credentiam curat referri.

Carem Epif.
lib. 1. c. 10.

2. Deinde postquam induerit Amictum, Albam, & Manipulum induit Tunicellam (quæ eiusdem formæ est cuius est Dalmatica qua vtitur Diaconus, nisi quod strictiores longioresque aliquantulum manicas habeat) nisi vti debeat Planeta, vel & sine hac & sine illa ministrandum sit, prout dictum est supra part. 1. Tit. 18. n. 6.

7.

P 3

3. Quis

3. Quibus paramentis secundum temporationem indutus, cum accedendum est Altari factâ cum Diacono & Celebrante reuerentem Cruci seu imagini qui in Sacristia est, cooperante capite, ac iunctis manibus procedit ante eos in medietate post Acolythos, cumque omnes peruenierint ante infimum gradum Altaris consistens sinistris Celebrantis detecto capite facit cum illo debitam reuerentiam, tradens biterum sicut Ceremoniario siue Acolytha.

4. Facta simul cum Celebrante & Diacono Altari reuerentia, stans erectus, iunctis manibus facit cum Celebrante Confessionem, & dum Celebrans se signat aut inclinat ipse pariter se signat aut inclinat, præterquam quando Celebrans dicit *Confiteor, &c.* & ipse *Misereatur, &c.* nam tunc Celebrante, Altari profundè se inclinante; ipse stat cum Diacono erectus (nisi quod erga illum capite inclinato profert verba *Misereatur tui, &c.* quando verò ipse incipit *Confiteor* Altari profundè inclinatur, donec dicto per Celebrantem *Misereatur, &c.* responderit *Amen*, & cum dicit *Te pater & Te pater* aliquantulum se conuertit ad Celebrantem; & cum dicit *mea culpa* ter pectus dextra manu percutit, sinistra infra pectus posita.

Gauantus in Rubr. Miss. part. 2. tit. 4. n. 4. lit. q. & seq.

5. Facta Confessione ascendit cum Celebrante à sinistris ipsius ad Altare, dextra Albam & vestem anteriorem Celebrantis sinistra vero sinistram vestes paululum eleuans, & dum Diaconus ministrat incensum, stat à sinistris Celebrantis. Cum verò per Celebrantem Altare incensatur assistit à sinistris ipsius eleuans eam posteriorem partem planetæ, quæ est circa brachium sinistrum Celebrantis, sinistra infra pectus admota semper Cruci genuflectens cum Diacono dum comitatur Celebrantem, ac tandem facta incensatione altaris; accedit ad latus Epistolæ, ubi dum

Gauantus b. 2. 7. lib. h.

dum Celebrans incensatur, stat à sinistris Diaconi manibus iunctis ter cum Diacono caput inclinans Celebranti.

Rubr. gener.
Miss. Tit. 4.
num. 7.

5. Cum Celebrans legit Introitum, stat à dextris Diaconi in cornu Epistolæ iunctis manibus, & ad *Kyrie eleyson* alternatim Celebranti respondet, deinde si Celebrans voluerit sedere donec idem per Chorum absoluat, facta prius genuflexione Altari, sequitur Celebrantem ad scamnum seu sedes positas à cornu Epistolæ iuxta Altare, ubi sedet cooperto capite à sinistris Celebrantis, si verò sedendum non sit manet stans apud Celebrantem usque ad ultimum *Kyrie eleyson* quod in Choro cantatur, tunc enim accedit per planum ultimus omnium ad medium Altaris.

Gauantus
part. 1. tit. 4.
n. 7. litt. n.

6. Dum Celebrans accedit ad medium, ut dicat *Gloria in excelsis Deo*, & ipse pariter accedens stat ibidem post Diaconum, ac præ intonato hymno à Celebrante; statim facta prius in loco suo genuflexione ascendit ad Altare, ibique à sinistris Celebrantis submissa voce una cum eo & Diacono, stans iunctis manibus recitat totum hymnum usque ad finem, non præueniendo, sed potius subsequendo vocem Celebrantis, caput inclinans ad verba, *Adoramus te, Gratias agimus tibi, Iesu Christe, suscipe deprecationem nostram*, & in fine cum dicit *cum Sancto Spiritu, &c.* manu dextra signat se à fronte ad pectus: & ab humero sinistro ad dextrum, sinistra infra pectus posita, interrim absolvens *In gloria Dei Patris, Amen.*

Rubr. gener.
Miss. tit. 4.
n. 7. Castald.
praxi car. 10.
1. sect. 7 c. 10.
n. 7. & seq.

7. Lecto Hymno manet stans à sinistris Celebrantis iunctis manibus donec dictus Hymnus cantatus fuerit à Choro, caputque inclinat quando in Choro cantantur verba ad quæ supra inclinatum est. Si verò Celebrans voluerit sedere, sequens Diaconum ad scamnum seu sedes in

Rubr. gener.
Miss. tit. 4.
num. 7.

Ganantur
part. 2. tit. 4.
n. 7. lit. n.

cornu Epistolæ sedet à sinistris Celebrantis co-
perto capite, quod tamen denudat cum inclina-
tione ad verba supra notata *Hymni*, dum in Cho-
ro cantantur; in fine verò non se signat rursus
signo Crucis.

Rubr. geny.
tit. 5. n. 50.

8. Absoluto à Choro Hymno reuersurus ad
Altare præcedit per planum Capellæ, & facta in
medio reuerentia Altari, ascendit ad locum post
Diaconum & dicto à Celebrante *Dominus vobis-
cum*, illoque procedente ad cornu Epistolæ, e-
undem ad idem cornu recta via subsequitur, ibi-
que stat post Diaconum atque quando dicitur
Flectamus genua cum alijs, statim genuflectens, &
primus omnium surgens eadem voce, eodem-
que tono, subdit *leuate*. At si non sedet celebrans,
cum dicitur in Choro *cum Sancto Spiritu* facta ge-
nuflexione à sinistris Celebrantis descendit in
planum, ibique stat dum Celebrans dicit *Dominus
vobiscum* & statim eum eò vadit ad cornu Episto-
læ, vbi ad orationes stat post eum.

Cerem. Epif.
lib. 2. cap. 10.

9. Circa finem vltimæ orationis, accipit li-
brum Epistolarum de Credencia vel de gradu Al-
taris, sub cornu Epistolæ, si ibi sit, aut de manu
Cæremoniarij seu Acolythi qui illum inde sump-
tum subministrat, deferens illum supra pectus
ambabus manibus, factaque in gradu infimo in
medio Altaris genuflexione Cæremoniario eo-
mitante ad eius sinistram, si adsit, vadit ad par-
tem Epistolæ contra Altare, ibique prout con-
suetum est, libro super pulpitem posito, ac mani-
bus hinc inde super illum seu pulpitem, ita vt
palmae librum tangant, vel potius ipsi sibi librum
tenens alta & sonora voce cantat Epistolam, Cæ-
remoniario sibi astante à sinistris, sub hoc tono.

Tonus Epistolæ.

Epistola dicitur in voce æquali, cum pausa
&

& respiratione, excepto puncto respirationis.



Lectio libri Sapientia



Dilectus Deo & hominibus



cuius memoria in benedictione est



& dedit illi coram praecepta



& legem vitae & disciplinae.

Si in Epistola, in loco puncti, occurrerit interrogatio servatur tonus solitus interrogationis ut in sequentibus videre est.



cognosco erit nobis.


Tonus Prophetiae.



Lectio libri Leviticus In diebus illis

P 5

Dixit



Dixit Dominus ad Moysen



loquere filiis Israel & dices ad eos



Ambulabo inter vos & ero vester Deus



vosque eritis populus meus



Dicit Dominus omnipotens.

*Tonus cantandi Prophetias secundum
modum Coloniensem.*



Lectio Isaiæ; Propheta Hac dicit

Terminantur autem sic :



A modo & usque in sempiternum

Tonus

Tonus cantandi Epistolas secundum morem Coloniensem.



lectio Epistola beati Pauli



Apostoli ad Romanos.

voces Initiales Epistolarum hæ, In diebus illis, fratres charissime vel charissimi, non debent cum titulo coniungi, neque etiam terminari; sed cum sequentibus verbis Epistolæ sic.



Fratres scientes qui a hora

Interrogationes, quæ in Epistolis occurrunt, sic cantantur.



Quomodo inuocabunt in quem non



credi derunt.

Epistola & lectiones terminantur & concluduntur in fine sic.



sed induimini Dominum Iesum Christum.

Rubr. gener.
Miss. tit. 19.
num. 6.
Cerem. Epif.
lib. 2. cap. 13.

10. Finita Epistola claudit librum, & eo modo quo supra eum portans, redit ad medium altaris, ubi genuflectit; postea procedit ad cornu Epistolæ, ibique genuflexus in gradu infimo vel alio commodiori, quasi prope posteriorem angulum altaris, deflectens partem superiorem ipsius libri, & statim superpositam Celebrantis manum dextram in exteriori parte osculatur ab eo benedicitur, moxque surgens reponit librum Epistolarum. Si utatur Planctâ ante pectus plicata accepturus librum Epistolarum illam deponit, & cantata Epistola, osculataque manu Celebrantis, eam reassumit.

Rubr. gener.
Miss. tit. n. 5.

11. Postea idem Subdiaconus, nisi Celebrans habeat Capellanum assistentem, capit Missale Celebrantis & illud per planum defert clausum ante pectus, ad cornu Evangelij genuflectens in medio, & sic locat ut posterior pars libri respiciat ipsum cornu Altaris, ibique ministrat Celebranti ad Evangelium; respondens ad singula, & folia, si opus est, vertens; Evangelio per eum lecto, ac responso *Laus tibi Christe*, Librum cum pulvinari circiter medium altaris defert. Tum facta genuflexione ibidem, ad planum Altaris descendit ubi stat retrò post Celebrantem, donec Diaconus à Celebrante petat benedictionem.

Rubr. gener.
Miss. Tit. 6.
num. 5.

12. Postquam Diaconus à Celebrante accipit benedictionem, facta reuerentia genuflexionis Altari præcedentibus Acolythis, iunctis manibus, à sinistris Diaconi procedit ad locum ubi cantari solet Evangelium.

Cerem. Epif.
lib. 1. c. 10. &
lib. 2. cap. 8.

13. Cum peruenerint ad locum, ubi Evangelium cantari solet, Subdiaconus medius inter Ceroferarios tenet librum Evangeliorum apertum ante pectus vertens renes non quidem Altaris; sed versus ipsam partem dextram, quæ pro Aquilone

Aquilone figuratur, vel si Evangelium canterur in legili, seu pulpito; stat post pulpitem amplectens ipsum, ita vt manibus hinc inde librum tangat; & tunc cum Diaconus se signat, aut caput inclinat, aut genuflectit, ipse nullatenus mouetur, cum repræsentet pulpitem immobile. Quod si autem Euangelium cantabitur in ambone lapideo, ad quod per gradus ascenditur, tunc Subdiaconus assistet, & ministrabit Diacono opportunè stans à latere eius dextro, videlicet porrigendo thuribulum, & vertendo folia libri Euangeliorum, cum opus erit.

14. Finito Euangelio, Subdiaconus sine vlla reuerentia tam Altari in quo est SS. Sacramentum expositum, quàm Sacerdoti, ob reuerentiam Sacri Euangelij portat librum apertum, vbi est principium Euangelij cantati, & illum offert Celebranti osculandum; quo oscularo & clauso, versus Celebrantem profundè inclinatur, tum sine mora descendit in planum, & ibi genuflectit super infimum gradum Altaris, atque reddit librum Acolythis aut Ceremoniario, vbi ipsemet reponit, deinde stat erectus post Diaconum donec à Celebrante intonatum fuerit *Credo*.

15. Intonato à Celebrante *Credo*, si dicendum sit, præmissa genuflexione ascendit ad Altare, à sinistris Celebrantis, cum illo prosequitur *Symbolum* vsque ad finem, ad verba *Iesum Christum & simul adoratur* caput inclinans, ad illa autem *Et incarnatus est*, vsque ad, *Et homo factus est* inclusivè genuflectens, & in fine ad illa *Et vitam venturi seculi, Amen*. Signans se à fronte ad pectus.

16. Dicto *Symbolo*, vel remanet stans ad Altare à sinistris Celebrantis, vel sedet, vt ad hymnum Angelicum. At si stat genuflectit in secundo gradu cum Celebrante & Diacono cum in Choro cantatur *Et incarnatus est, &c.* inclinans

Carem. Epif.
lib. 2. cap. 38.
Gauantus 2.
tit. 6. num.
5. litt. p.

Rubr. gener. caput etiam ad verba, *Et homo factus est, &c.* Si ve-
Miss. tit. 7. rō Celebrans voluerit sedere vna cum Diacono
num 3. recedens ad sedes, sedet à sinistris Celebrantis, &
Cerem. Epis. cum in Choro cantatur *& incarnatus est, &c.* de-
lib. 2. cap. 8. secto capite profundè inclinat: In die vero Na-
 tiuitatis Domini, & Annuntiationis B. Mariæ
 Virginis cum alijs ad similia verba genuflectit.

17. Finito per Chorum *Symbolo*, vel si nondi-
Rubr. gener. catur *Symbolum*, post Euangelium dum cele-
Miss. tit. 7. brans cantat *Dominus vobiscum & Oremus* stat à
num 9. tergo Diaconi & illis dictis præuia in loco suo
Gauantus genuflexione, ascendit cum eò ad Altare in cor-
part. 2. tit. 7. nu Epistolæ, si calix collocatus sit in Altari: alio-
n. 9. lit. 8. i. quin si sit in Credentia, accedit ad illam, & ex-
& 1. tento sibi adiuantibus Acolythis circa humeros
 velo sericeo coloris conuenientis, ita vt à latere
 dextro longius pendeat, accipit manu sinistra nu-
 da Calicem cum patena & hostia palla tectis, &
Compen. Cer. si non sit dictum *Symbolum*, bursa corporalis de-
cap. 18. n. 5. superposita, omnia illa, longiori parte veli coo-
 perit, & dextra super ea apposita ne aliquid deci-
Cerem. Epis. dat, accedit per breuiorem viam ad Altare in cor-
lib. 1. cap. 10. nu Epistolæ associatus ab Acolytho ampullas vi-
 ni & aquæ portante, vbi ea omnia tradit Diacono:
 mox porrigit eidem Diacono ampullam
 vini ab Acolytho acceptam, tum ostendit cele-
 branti ampullam aquæ, parumper versus eum
 eleuans ac dicens: *Benedicite Pater Reuerende*
 & facto per Celebrantem signo crucis super am-
 pullam aquæ, infundit paucas guttas aquæ in
 Calicem: & postea ampullam ipsam reddit Aco-
 lytho, sicut etiam aliam ampullam vini, quam à
 Diacono recepit.

18. Post oblationem calicis, Subdiaconus ad-
 huc stans in cornu Epistolæ, velo ab humeris
Rubr. gener. pendente, dextra recipit à Diacono patenam,
tit. 7. n. 9. qua extremitate veli prædicti cooperta, vadit ad
 locum

est, &c. Si ve-
am Diacono
celebrantis, &
est, &c. de-
lie vero Na-
is B. Maria
genusflectit,
vel si nondi-
n dum cele-
remus stat à
in loco suo
Altare in cor-
Altari: alio-
am, & ex-
ca humeros
a vt à latere
sinistra nu-
la rectis, &
poralis de-
te veli coo-
iquid deci-
rare in cor-
pullas vi-
dit Dia-
ampullam
ndit Cele-
versus eum
Reuerende
super am-
as aqua in
ddit Aco-
ni, quam à
iconus ad-
o humeris
patenam,
a, vadit ad
locum

locum suum post Celebrantem vbi facta Altari
genusflectione stat post Celebrantem ante mediū
Altaris, ipsam eleuatam sustinens ad finem Ora-
tionis Dominicæ, & cum Celebrans dicit *Orate
fratres, &c.* respondet, *Suscipiat Dominus, &c.* &
cum à Diacono incensatur, conuersus ad illum,
caput antè & post inclinat.

*Gauantus
part. 2. tit. 7.
n. 10. litt. e.*

16. Sub Præfationis finem paulò antequàm
dicatur *Sanctus*, facta in loco suo post Celebran-
tem genusflectione cum Diacono ad Altare ascen-
dit, vbi à sinistris Celebrantis cum eo inclina-
turus dicit *Sanctus, &c.* cum dicit *Benedictus qui
venit, &c.* se erigit quo absoluto, facta Altari ge-
nusflectione redit ad locum suum post celebrantē;
cum eleuatur sanctissimum Sacramentum genu-
flectit supra infimum Altaris gradum in medio
post Celebrantem, donec Calix fuerit eleuatus,
repositus, & adoratus: tunc enim surgit, & redit
ad locum suum post Celebrantem.

*Rubr. gener.
Tit. 7. n. 11.
Compend.
Cærem. cap.
8. num. 5.
Gauantus
part. 2. tit. 8.
n. 8. litt. 8.*

20. Si contingat quòd Subdiaconus in Missa
solus non teneat patenam tunc Subdiaconus
circa eleuationem genusfexus in cornu Epistolæ
hostiam & Calicem: dum eleuantur ter incensat
nimirum cum Celebrans Corpus & sanguinem
Domini nostri Iesu Christi adorat, eleuat & de-
ponit.

21. Cum in oratione Dominica Celebrans di-
cit *Et dimitte nobis debita nostra, &c.* facta in loco
suo genusflectione, accedit cum patena cooperta
ad Altare in cornu Epistolæ, vbi illam offert Dia-
cono, & deposito velo, quod ab humeris suis
pendebat ad manus Cæremoniarij, vel alicuius
Acolychi, genusflectit, & redit ad locum suum
post Celebrantem.

*Rubr. gener.
Tit. 10. n. 2.
Cærem. Epif.
lib. 1. cap. 10.*

22. Dicto à Celebrante, *Pax Domini sit semper
&c.* præmissa genusflectione accedit ad sinistram
eiusdem, vbi capite inclinato versus Sacramentū
cum

*Rubr. gener.
tit. 10. n. 8.*

Gauantius
part. 2. tit.
10. n. 8. lit. g

cum alijs ter submissa voce dicit *Agnus Dei*, & dextra pectus percutiens, sinistra posita non super Altare sed infra pectus eidem pectori admodum. Deinde facta ibidem Sacramento genuflexione redit post Celebrantem; ubi à Diacono dicente, *Pax tecum*, complexus accipit pacem, sinistris genis sibi inuicem appropinquantibus, respondens ei, *Et cum spiritu tuo*.

Rubr. gener.
tit. 10. n. 10.
Cerem. Epis.
lib. 3. cap. 24.

23. Accepta à Diacono pace & facta ibidem Sacramento genuflexione comitante Ceremoniario vel Acolytha vadit ad Chorum, & dat pacem primo cuiusque ordinis, incipiendo à dignioribus, & nulli facit reuerentiam antequam pacem det, sed postquam dederit: postea reuersus ad Altare, facta ei genuflexione, dat pacem Ceremoniario seu Acolytha, qui ipsum comitatus fuit.

Rubr. gener.
tit. 10. n. 8.

24. Dum Celebrans se communicat, stat profunde inclinatus versus Altare, etsi Diaconus seruiat ad Librum (alioqui enim ille ista facit) accedens ad dextram Celebrantis, dicente eo post summptionem hostiæ *Quid retribuam Domino*, & discooperit Calicem, cum eo genuflectens, ac surgens: deinde accepta ab Acolytha ampullâ vini, infundit vinum in Calicem à Celebrante porrectum: mox accepta alia ampulla aquæ, infundit vinum & aquam super pollices & indices.

Cerem. Epis.
lib. 1. cap. 10.

Gauantius
part. tit. 10.
n. 9. lit. c.

25. Si facienda sit communio, quæ diebus Dominicis & festis fieri decet, genuflectit in medio, atque à sinistris Diaconi communionem sumit, & purificatione accepta, assistit à sinistris Celebrantis, donec communio perficiatur.

Rubr. gener.
tit. 15. n. 3.
Gauantius
ibidem lit. q.

26. Post abluitionem digitorum Celebrantis vadit ad Cornu Euangelij, ubi extergit Calicem purificatorio, extendit illud super Calicem & de super ponit patenam, ac super patena pallam, atque plicato corporali, quod reponit in Bursam, cooperit

cooperit Calicem velo, & bursam de super ponit, illumque collocat in medio Altaris, vel si à principio fuerat super Credentia, refert ad illam per gradus anteriores altaris, facta ei ante infimum gradum genuflexione.

27. Quibus peractis redit ad locum suum retrò post Diaconum, stans post eum vsque ad finem Missæ, & si aliquod peculiare Euangelium sit legendum, dicto *Ite Missa est*, vel *Benedicamus Domino* ipse librum transfert, facitque genuflexionem in medio Altaris post Diaconum dum transit Altare.

Rubr. gener. tit. 12. n. 7. Castaldus Praxi Cap. lib. 1. sect. 6. cap. 3.

28. Ad benedictionem Celebrantis genuflexit supra secundum Altaris gradum à sinistris Diaconi æqualiter ab ea distans.

Gavantus part. 2. tit. 32. n. 7.

29. Dum Celebrans legit Euangelium vltimum assistit ei vt ad primum Euangelium se signans, inclinans, aut genuflectens cum eo, nisi teneat librum, quia tunc à genuflexione & signo Crucis abstinere, & responder ei, cum opus est, dicens in fine *Deo gratias*.

30. Finito Euangelio facta cum Celebrante & alijs, vbi ante infimum gradum descenderit, Altari genuflexione, cooperito capite & iunctis manibus redit ad Sacristiam, incedens immediate ante Diaconum, ibique facta reuerentia imagini & Celebranti exiit se paramentis & recedit in pace.

Gavantus ibid. lit. III.

ANNOTATIONES.

§. 1. Præter illa, quæ in annotationibus super officium Diaconi, atque simul Subdiaconum concernentia dicta sunt, sequentes annotationes à Subdiacono, speciatim obseruandæ erunt.

§. 2. Subdiaconus solemniter inseruiturus Missæ sacrificio, insignitus erit coronâ paulò maiori parua hostiâ qua laicis communicantibus exhiberi solet, & iuxta Cæremonialis Episcoporum & Missalis præscriptum

Gavantus part. 2. tit. 2. n. 2. lit. y.

scriptum collaria vestium, Amictu teget, Chyrotocæ manicas & similia è manibus toto sacrificij temporè reponet.

*Eritomo
Theotauri
sacrarum
Rituum tit.
4. num. 6.*

§. 3. Signa crucis Subdiaconus sibi adhibet vñ cum Celebrante in tota Missa, excepto eo tempore quo patenam tenet.

*Gauantus
part. 2. tit. 4.
n. 4. litt. x.
& n. 7.*

§. 4. Quando Subdiaconus sub Sacrificio Missæ stabit post Diaconum, semper stabit in plano Capellæ formans cum Celebrante & Diacono lineam rectam.

*Rubr. gener.
tit. 19. n. 6.
Carem. Epif.
lib. 2. c. 13.*

§. 5. Quando ascendit ad Altare; facit prius genuflexionem in medio vnde discedit, sed non debet aliam iterum facere ad Altare; & vice versa quando discedit ab Altari, genuflectit, non tamen manibus illud tangens, & nullam aliam facit genuflexionem rursus ad locum suum, neq; Celebranti in accedendo aut recedendo ab Altari ullam facit reuerentiam.

*Rubr. gener.
tit. 6. n. 5.
Gauantus
part. 2. tit. 6.
n. 4. Litt. X.*

§. 6. Quando vtendum Planetâ ante pectus plicatâ cantaturus Epistolam, illam deponit; & Epistolam in Alba cantat, quâ finitâ osculataque manu Celebrantis, planetam, vt prius, resumit.

*Gauantus
ibid. Litt. y.*

§. 7. In quatuor temporibus & aliis Diacono cantante *stetamus genua* Subdiaconus genuflectit & patenam surgens cantat *Leuate*.

*Castaldus
praxi Car.
lib. 1. sect. 7.
cap. 10.*

§. 8. Cantare debet Epistolam, iuxta cornu Altaris, vbi Celebrans legit Epistolam in plano Presbyterij, id est in dextra parte Ecclesiæ pro intrantibus in eam.

§. 9. Cantare Epistolam adeo nunc soli conuenit Subdiacono, vt potius Sacerdos ipse Epistolam cantare debeat quam pati vt inferior Subdiacono id exequatur. Quod si vero inferior Subdiacono cantare velit Epistolam, non sacras induat vestes, sed iuxta Rubricas superpelliceum tantum.

*Gauantus p.
2. Tit. 7. n. 9.
litt. h. & i.
Gauantus
p. 2. tit. 7 n.
9. litt. & f.*

§. 10. Quando Celebrans' habet Presbyterum assistentem, qui Celebranti quidem dum Euangelium legit assistit, nihilominus Subdiaconus sub lectione Euangelij apud Celebrantem post Presbyterum assistentem stabit.

§. 11. Dum Subdiaconus portabit Calicem ex Credentia, illum manu nuda tenebit, non autem cum velo pendente ab humeris, & per breuiorem viam eundem ad Altare deferet.

§. 12. Subdiacono tantum datur patena tenenda, non verò alijs inferioris ordinis ministris quamuis cantent Epistolam; atque obseruandum à Subdiacono,

cono, vt respiciat pars interior patenæ. Subdiaconum.

§. 13. Dum Celebrans thurificat oblata & Altare, Subdiaconus in tota illa incensatione non se mouet.

§. 14. Subdiaconus dans pacem obseruabit, vt nulli quantumuis supremo Principi, etiam si esset imperator, vel Rex, vllam reuerentiam faciat, antequam ei pacem det, sed postquam dederit, qui accipit inclinat caput danti ante & postquam acceperit. Item Subdiaconus dans pacem, dicit, Pax tecum, qui recipit respondet, Et cum Spiritu tuo, amplectunturque se inuicem, & appropinquant genas sinistras. In vnoquoque deinde ordine primus dat pacem alteri subsequenti, & illi alteri, & sic deinceps vsque ad vltimum eiusdem ordinis, non præmissis inuitationibus, quæ in incensatione tantum fiunt. Clericis non nisi stantibus pax datur: Laicis verò datur per instrumentum osculatum ab eo qui pacem à Celebrante immediatè accepit, nunquam tamen datur cum patena vice tabellæ seu instrumenti quod prohibuit Pius quintus, in Epistola ad Archiepiscopum Tarraconensem.

§. 15. Ordo verò dandi pacem est idem, qui in incensatione obseruatur: Sed per instrumentum datur Laicis quos Diaconus incensauit, ab Acolytho Laicis alijs, numquam verò à Diacono alicui datur, neque Domino loci, ex Decreto Sacræ Rituum Congregationis, 5. Iulij 1614.

§. 16. Subdiaconus non omittit oscula, & reuerentias debitas, in ministrandis ampullis Celebranti.

§. 17. Aduertat Subdiaconus vt cedat Diacono transeunti superiorem gradum Altaris cum libro Missalis, nec ipse hunc transferat; quia huius cura magis spectat ad Diaconum, quàm Subdiaconum qui eiusdem tantum curam habet in ordine ad Euangelium, in initio, seu in fine Missæ legendum, siue à Celebrante siue à Diacono, subministrer enim est Euangelij ad sustinendum librum.

§. 18. Ad Benedictionem Celebrantis, Subdiaconus manu sibi pingit Crucem à fronte ad pectus, vt solent Laici nam quamuis post Epistolam, ad Sacerdotis benedictionem id non faciat, impeditus à libro, quem tunc manibus tenet, hoc tamen loco signare se debet.

§. 19. Si

Gauantus
part. 1. tit. 7.
n. 10 lit. b.
Cærem. Episc.
lib. 1. c. 29.

Gauantus
part. 2. tit. 10.
n. 8 lit. y.

Gauantus
part. 2. f. 19.
n. 8. lit. 3.

Gauantus
ibidem

Gauantus
p. 2. tit. 10.
8. lit. y.

Gauantus
part. 2 tit. 11.
n. 3. n. 7. li. 9.

Gauantus p.
2. tit. 12. n. 7.

Tit. XVII.
get. Chyrocca
crificij tempor

bi adhibet vn
pto eo tempor

sacrificio Missæ
in plano Capel
ono lineam re

facit prius ge

sed non debet

e versa quando

en manibus il

genus flexionem

in accedendo

reuerentiam.

pectus plicat;

& Epistolam in

manu Celebran

s Diacono can

sufficit & pri

cornu Altaris,

Presbyterij, id

ibus in eam.

solu conuenit

epistolam can

diacono id ex

diacono cantare

s, sed iuxta R.

sbyterum assi

uangelium le

b lectione E

cerum assiste

alicem ex Cre

utem cum ve

em viam eun

tenenda,

stris quamuis

um à Subdia

cono,

Gauantus §. 19. Si Missa Celebratur coram summo Pontifice
part. 117. 6. n. Cardinali, & legato sedis Apostolicæ, vel Patriarcha
2. list. 1. Archiepiscopo, & Episcopo in eorum residentijs Sub-
diaconus librum Euangeliorum non defert osculan-
Carem. Epif. dum, Celebranti, sed dictis Prælati præsentibus, &
lib. 1. c. 29. aduertet ne librum Euangeliorum deferat alijs, quam
in hac Rubrica nominatis sine facultate sedis Aposto-
licæ; Principibus autem magnis ex tolerantia, non
autem inferioribus Laicis: & illis alius liber deferen-
dus est, non idem ipse Celebrantis, qui proprium co-
casu semper osculari debet librum.

Carem. Epif. §. 20. Si plures Prælati æquales interessent Missa
lib. 1. 30. nulli dabitur osculandus, nec etiam Celebranti si
Gauantus plures inæquales, tunc digniori tantum semper ta-
par. 3. tit. 6. men Subdiaconus siue Euangelium siue pacem defe-
v. 2. list. 1. rent obseruet, ne vllam prius reuerentiam faciat, ver-
sus Episcopum aut alios quoscumque quam librum,
aut instrumentum pacis osculandum præbuerit.

TITVLVS XVIII.

*De officio Subdiaconi in Missa solemnī pro
Defunctis.*

Subdiaconus in Missa solemnī pro Defunctis
omnia accuratissimè obseruabit, quæ capite
præcedente dicta sunt mutatis & omisissis ijs quæ
sequuntur.

- Rubr. gener.* 1. Cantata Epistola Celebrantis manum non
Miss. tit. 12. osculatur sed statim facta genuflexione in medio
num. 2. Altaris reponit librum, & librum transfert Cele-
Gauantus p. brantis ad cornu Euangelij, vt aliàs.
2. tit. 12. n. 2.
- Carem. Epif.* 2. Post decantatum Euangelium à Diacono,
lib. 2. cap. 11. librum Celebranti osculandum non præbet, sed
Castaldus statim clausum Acolytho tradit.
praxi carem.
- lib. 1. sect. 7.* 3. Ad offertorium Calicem cum Bursa, Cor-
cap. 2. porali, & alijs eius ornamentis ex Credentia ac-
Rubr. gener. cipit & ad Altare defert, non tamen eius hume-
Miss. tit. 13. ris velum imponitur, nec benedictionem aquæ
num. 2. in calicem fundendæ petit, sed absque benedi-
ctione